UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De triplici baptismo & eius efficacia. capitu. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

❡ Tractatus primus prime partis ſacerdotalis de ſacramento baptiſmi.

❡ De triplici Baptiſmo, ⁊ eius efficacia.

QUia ergo baptiſmus eſt ianua, fundamentum, ⁊ primus omnium ſacramētorū. de cōſe. diſt. 4. c. Cū itaq3. 32. diſtin. §. Uerum. ⁊ ſan. Thom. 3. part. q. 66. ar. 6. ⁊ ſine eo non eſt ſalus. de conſec. diſt. 4. c. Firmiſſime. primū de eo tractandū eſt. ❡ Inuenitur autem triplex baptiſmus. ſ. flaminis, ſanguinis, ⁊ fluminis, ideſt aque: vt colligitur de conſe. diſt. 4. cap. Baptiſmi vicem. cap. In ſumma. ⁊ cap. Catechumenum. 1. q. 1. cap. Firmiſſime. ſan. Tho. 3. par. q. 66. ar. 11. ⁊ 12.

Baptiſmus flaminis. ❡ Primus baptiſmus eſt flaminis, ideſt Spūs ſancti. Actu. 1. Uos autem baptizabimini Spiritu ſancto. Et eſt quando aliquis habet propoſitum ſuſcipiendi baptiſmi modo debito, ſi facultas dabitur: ⁊ non per negligentiam, vel cōtemptum illum dimittit: ſed quia non valet ipſum attingere: ideo talem defectum ſupplet virtus ſpiritus ſancti. de conſe. diſt. 4. cap. Baptiſmi vicē. ⁊ de baptiſ. ⁊ eius effec. cap. Debitum, ⁊ ſequentibus: ⁊ ibi notatur in glo. de Presby. non bapti. c. ad Apoſtolicā. Hic autem baptiſmus delet culpā: ⁊ valet ſolum adultis vſum rōnis habentibus.

Babtiſmus ſanguinis. ❡ Secundus baptiſmus eſt ſanguinis, ideſt martyrij. de quo Joan. 12. Ego baptiſmo habeo baptizari ⁊c. Apoca. 7. Dealbauerūt ſtolas ſuas in ſanguine agni. de conſe. diſ. 4. c. Catechumeni. ⁊ c. Baptiſmi vicem. ⁊ de Presby. non bapti. c. 2. ⁊ 3. Et S. Tho. in 4. ſen. diſt. 4. ar. 3. Et iſte baptiſmus ſanguinis, eſt quando quis etiam non baptizatus aqua pro fide Chriſti martyrium patitur, ſicut innocentes ab Herode interfecti. Matth. 2. Et oratores beate Catherine virginis ⁊ martyris: ⁊ ſancta Emerentiana collactanea beata Agnetis. Et iſte baptiſmus delet culpam ⁊ penā: ⁊ proficit non ſolum adultis, ſed etiam paruulis: quādo ob proteſtationem fidei chriſtiane, quam tenebant eorum parētes, occidun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

occiduntur, ſecundum theologos. Et ſm Pe. de Pal. in 4. ſen.
puer in vtero matris exiſtens martyrizari poteſt. Et ita mu=
lier pregnans pro Chriſto interfecta vna cum prole eſt mar=
tyr. ❡ Tertius eſt baptiſmus fluminis: ideſt aque, de quo do= Fluminis baptiſm⁹.
minus Jeſus Joan. 3. ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊
Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. ⁊ ibidem.
Venit Jeſus in terram Judeam ⁊ baptizabat. Qui quidē ba=
ptiſmus in fide Chriſti ab eccleſia ſuſcipitur: ⁊ delet culpam ⁊
penam: ⁊ confert gratiam. De ſumma Trini. ca. 1. in Clement.
Et iſte conuenit magnis, ideſt adultis, ⁊ paruis. De conſe. diſt.
4. cap. Per aquam. ❡ Ex dictis Fabiani Pape. Baptiſmus
Grece, Latini Tinctio interpretatur. Qui idcirco tinctio dici
tur, quia ibi homo ſpiritu gratie in melius mutatur: ⁊ longe a=
liud ꝙ erat efficitur. Baptizatur in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpi
ritus ſancti. Sicut in tribus perſonis ſtat omne verbū: ita hoc
ſacramentum ternarius numerus diuinorum nominum. i. pa=
tris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti efficit. hec ille. ❡ Sacerdos igitur
baptizaturus circa hoc ſacrm̄ ſeptem conſiderare debet. vz.

❡ De varia Baptiſmi inſtitutione. Ca. 2.

Inſtitutionem
Materiam
Formam
Miniſtrum
Perſonam baptizādā
Ritum baptizandi
Effectum baptiſmi.

Inſtitutio huius ſacramēti Ba
ptiſmi fuit multipliciter facta, ſ.
Materialiter ⁊ inchoatiue: quando
Chriſtus tactu ſue mundiſſime car=
nis vim regenerationis aquis con=
tulit. Matth. 3. ❡ Preceptiue: qñ di
xit Nicodemo. Joan. 3. Niſi quis re=
natus fuerit ex aqua ⁊c. ❡ Effectiue quando Chriſtus paſſus
eſt in cruce: ⁊ de latere eius exiuit ſanguis ⁊ aqua. Joan. 19.
❡ Executiue, quando Chriſtus dixit diſcipulis: Euntes doce=
te omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, ⁊ Filij,
⁊ Spiritus ſancti. Matth. 28.

❡ Quod aqua naturalis ⁊ pura conuenientior eſt Baptiſmi materia. Capi. 3.

Materia ſacri Baptiſmi eſt aqua ſimplex elemētalis ⁊ na
turalis. Que quidē eſt cōuenientior omnibus alijs liquo=
ribus. ❡ Primo, quia aqua habet vim refrigerandi ⁊ ſanandi.
❡ Secūdo, quia eſt magis cōis, ⁊ quaſi vbiqꝫ inuenitur. ❡ Ter